



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 31. S. Basilii contra Occidentales querelæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](#)

progenie in progeniem servant. Hoc om-
nium oculis patet, quod animalia occidere
^{A. C. 376.}
exborrescant, quippe ea in usum suum ab
alii, quam suæ Religionis, hominibus, occidi
procurant. Eorum matrimonia bonis mo-
ribus adversantur. Ignem, & quidquid
igni haud multum absimile est, pro Deo
habent. Hucusque necdum dixerunt no-
bis, quod Abrabami genus sint, sed quem-
dam ZARNUA Gentis suæ auctorem credunt.
Plura tibi de his referre non possum. Qui
hodie in illis Regionibus peregrinati sunt,
referunt, adhucdum in Persia ignis ado-
ratores inveniri, qui suum Legislatorem
ZERDUST appellant. Hi Gaures, seu Par-
ses dicuntur.

Piet. Val. let.
18. dec. 1617.

§. XXXI.

S. Basili contra Occidentales querelæ.

Sanctus Basilus ferre non poterat, quod Ep. 321. p.
S. Meletii, & S. Eusebii Samosateni fa- 1094.

ma apud Pontificem proscinderetur. Hac
super re ad Petrum Alexandrinum, adhuc
dum Romæ existentem, scripsit in hunc
modum: vebementer doleo, quod frater no-
ster Dorotheus non ea, qua par fuit, animi
moderatione tibi locutus fuerit. Ubi rediit,
narravit mibi, quæ tecum colloquia, præ-
sente Admodum Venerabili Damaso Episco-
po, miscuerit, & non parum me affixit,
dum retulit, quod admodum Sancti Confra-
tres nostri Meletius, & Eusebius Ariano-

Kk 2

rum

Sæculum IV. rum censui annumerentur. Si nullum
 A. C. 374. aliud purissimæ eorum fidei argumentum
 suppeteret, bellum quod eis Ariani infi-
 runt, sufficere debet, æquis rerum judici-
 bus. Te vero multo firmiori Charitatisvin-
 culo cum iis adstrictum esse orportet, quod
 cum iis pro JESU Christo patiaris. Per-
 suassissimum tibi habeas, nullum esse fidei
 Orthodoxæ apicem, quem Meletius, & Eu-
 sebius, me audiente, non liberrime docu-
 rint; ita Deus me adjuvet! & nisi sans
 eorum fides nobis fuisset explorata, nec una
 die in eorum Communione mansissimus.

Multo vehementius iterum, ad S. Eu-

Ep. 10. p. sebium Samosatenum in locum exilii ejus
 795. scribens, conqueritur. Postquam fratrem

nostrum Dorotheum, inquit: narrantes
 audivisti, Occidentalibus te locutum fu-
 isse, puta! nescio profecto! quales redi-
 turo epistolæ dandæ sint? mibi vero Dio-

Id. IX. v. medis verba in mentem veniunt: impru-
 dentem te! qui rogando Achillem fletere
 694. sperasti; superbia non exoratur! expe-
 riencia teste, si homini superbia elato adu-
 latus fueris, insolentior fit. Si Dominus

iram suam a nobis afferat, nullius auxi-
 lio indigemus, si ultra nobis irascitur,
 quid opis ab Occidentalium fastu exspecte-
 mus? (*) Falsis suspicionibus moventur,

(*) Anonymus I. alias Fleurio subiratus Re-
 flexionem paulopost sequentem, qua Fleurio
 hac

& idem modo agunt, quod in causa Mar- Sæculum IV.
celli egerunt. In illos, qui sibi veritatem A.C. 376.
dicunt, irritantur, & hæresin fovent. (*)
Ego cuperem ad eorum Caput scribere epi-
stolam privatam, & totius Ecclesiae res
non attingerem, sed hoc solum ingererem,
quod ea, quæ apud nos vere agantur, nes-
ciant, & media, quibus hæc edoceri pos-
sent, non arripiant. Viris, qui in tempore
malo premuntur, non esse insultandum, nec
Dignitatem obtendendam superbiæ, quod
peccatum solum Deo inimicum hominem
valet reddere. Dum hic S. Basilus dicit,
quod Occidentales hæresin foveant, non
sic accipi potest, ac si de veritate Doctri-
næ, quam Occidentales tradunt, dubi-
taret, quippe hanc sanam esse sæpe te-
status est, sed hoc tantum dicit, quod eo-

K k 3 rum

hac S. Basili asperius dicta excusat, & Summi Pontificis Auctoritatem tuetur, omnino approbat. Dicit ex hac S. Basili Epistola Interpres Protestans S. Petri Cathedram venerari, etiam si Episcopis Romanis vitia vel vera, vel ficta (nam hic ficta fuere) ut humana fert infirmitas, inhærente putentur.

(*) Diese Worte: & Hæresin sovent. hat der Protestantische Ueberseizer auf seiner 372. Seite gegeben: Und lassen die Ketzerey nimmermehr zu Kräften kommen. Das ist ungeschickt genug, Herr Ueberseizer! und gerad das Gegentheil, was der Heil. Basilius saget. Ich verschweige 5. andere Fehler.

Sæculum IV. rum præjudicium contra fidei Catholicæ
A. C. 376. Defensores, quales S. Meletius, & S. Eu-

sebius erant, multum res hæretorum
promoveret. Ignorantia, cuius eos ac-
cusat, non est alia, quam ignorantia fa-
cti, nempe eorum, quæ in Oriente ag-
abantur. Quod asperius in Papam inve-
hatur, id solam tangit S. Damasi Per-
sonam, a cuius consortio ob locorum di-
stantiam semper fuerat remotissimus, Au-
toritatem vero S. Sedis, & necessitatem
ad eam recurrendi in suis ad S. Athana-
sium, & Occidentales epistolis facili-
agnoscit. (*)

*Sup. XVI.
§. 19. XV.
I. I.*

§. XXXII.

*Persecutio in Cappadocia sub Dr.
mosthene.*

Ep. 10. p. In eadem ad S. Eusebium Samosatenum
794. *Ep.* epistola S. Basilius queritur, quod Epis-
264. p. 2036. copi, tanta Dignitate indigni, ab Ariano-
rum factione constituantur, cuius rei
origo altius repetenda. Demosthenes
Præfecti Prætorio Vicarius hæreticos de-
fendebat. Erat quidem Christianus, sed
tam Doctrina, quam Disciplina parum
tinctus; in omnibus Ecclesiæ causis su-
prema potestate volebat pronuntiare.

Con-

(*) Ex hac sola Fleurii Reflexione Anony-
mus II. & P. Balduinus dicentes, Fleurium Au-
ritatem S. Pontificis velle deprinere, abundan-
tissime refutantur.